UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 34. Caput VIII. Solus Pontifex contra Episcopos in caussis gravioribus cognoscere debet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66577

Visual Library

Sæc. XVI.
A C. 1551.

## §. XXXIV.
## CAPUT VIII.
### *Solus Pontifex contra Epiſcopos in cauſſis gravioribus cognoſcere debet.*

„Cauſſæ Epiſcoporum, cum pro cri-„minis objecti qualitate comparere „debeant, coram Pontifice Maximo re-„ferantur, ac per ipſum terminentur.

## §. XXXV.
### *Decretum de prorogandis definitionibus aliorum articulorum circa Euchariſtiam.*

*Labbe p. 812. Pallav. l. 12. c. 8. n. 2. & 3.*

Poſtquam octo hæc reformationis capita fuere promulgata, Synodus decretum condidit, vi cujus deciſio quatuor articulorum circa Sacramentum Euchariſtiæ, nec non modus concipiendi publicæ ſecuritatis literas Proteſtantibus dandas prorogatus fuit. Hoc decretum his erat conceptum verbis: *Eadem ſancta Synodus errores omnes, qui ſuper hoc ſanctiſſimo Sacramento repullularunt, tanquam vepres ex agro Dominico evellere, ac omnium fidelium Saluti proſpicere cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti pie oblatis inter alios, ad hoc Sacramentum pertinentes articulos, diligentiſſima veritatis Catholicæ inquiſitione tractatos, plurimis, accuratiſſimiſque*

pro